47

SCHLAVONIAE, CROATIAE, CARNIAE, ISTRIAE, BOSNIAE, FINITIMARVMQVE REGIONVM NOVA DESCRIPTIO, AVCTORE AVGVSTINO HIRSVOGELIO.

ILLYRICI
ALTERA TABVLA.

CONSTITVERAM, vt in præfatione Operis promiſi, quarumlibet regionum vnam tantùm tabulam, eamq́ue quantum fieri poſſet exactiſſimam, exhibere: itaque cùm clariſſimus vir Ioannes Sambucus abſolutiorem huius regionis huic operi inſerendam ad me miſiſſet, alteram hinc relegare decreueram. Sed quemadmodum interdum iuuat varias de eadem re intelligere ſententias; ſic quoque de eadem regione variorum deſcriptiones aliquando inſpicere, non inutile eſſe, mihi perſuadeo. Et ne, quod in prima noſtra editione habuiſſent ſtudioſi, in hac poſtrema deſiderare poſsint, hanc tabulam retinere quoque viſum fuit. atque eam tamquam parergon hic adiicere, non ingratum Geographiæ candidatis duxi.

4090

N1984/217